Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cod. Biblia sacra (omisso Psalterio)

Biblia sacra (omisso Psalterio) - Lichtenthal 13

Lichtenthal (?), [um 1300]

Amos

urn:nbn:de:bsz:31-35330

Visual Library

minoremque testatur. Ipse cernit fictorem
locuste. et stantem dominum super murum
litum vel adamantinum: et uncinum
pomorum attrahentem. supplicium peccato
ribus et famem in terra. non famem panis
neque sitim aque sed audiendi verbum
domini. Non dixit verba sed verbum. A
mos qui interpretatur onustus. Hic amos
spirituali gratia plenus prophetavit inter ceteros
prophetas. Non enim ipse solus erat propheta:
sed etiam alii. Esse quippe non poterat propheta:
nisi pastor ante fuisset. Qui etiam tuba
sua clangit per singulos dies: erudiens
et docens in ecclesia. In veritate enim vox
omnium prophetarum tamquam tuba spiritualis
est: predicans in ecclesia secundum quod scriptum
est. Ascende in montem excelsum tu qui
euangelizas syon: et exalta vocem tuam.
Hic amos propheta non fuit pater ysaie prophete:
quamquam et ille propheta extiterit. Nam
aliis litteris ille aliis iste aput hebreos
scribitur: que differentia litterarum aput
latinos non habetur. Et ille fortis vel robus
tus. hic vero avulsus interpretatur: quia
locutus est contra decem tribus que per
ydolatriam a cultura dei vel a regno
david erant avulse. Fuit autem cognatio
eius ex oppido thecue quod sex miliaribus a
bethleem distat: civitas gerens peco
rum in latitudine camporum qui sunt
proximi oppido thecue. in quibus humum
arido atque harenoso nichil omnino fru
gum gignitur: sed ubertimis pascuis
habundant. Et ideo cuncta sunt
pastoribus plena: quia sterilitas terre
compensatur pecorum multitudine. Ex
hoc numero pastorum fuit amos imperitus
sermone: sed plenus scientia. Prophauit
autem eisdem temporibus quibus iohel naum
ionas osee ysaias. Sed aliquantulum
exorsus est prophetare ante quam ysaias. Ma
xime autem contra decem tribus locutus est:
pauca de duabus interserens. Hunc ab
latum de numero pastorum misit dominus ut
in samaria prophetaret: quem amasyas sa
cerdos frequenter plagis afflixit. Tandem
filius eius ozias vecte per tympora transfixit.
Post hec semivivus in terram suam evec
tus: post aliquot dies dolore vulneris
expiravit: sepultusque est cum patribus
suis. Explicit prologus. Incipit amos propheta

VErba a
mos qui fuit
in pastoralibus
thecue que
vidit super
israel in diebus
ozie regis iu
da: et in diebus
ieroboam filii ioas regis israel: ante du
os annos terremotus. Et dixit. Dominus
de syon rugiet: et de ierusalem dabit vo
cem suam. Et luxerunt speciosa pas
torum: et exsiccatus est vertex carmeli.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Hec dicit dns. Sup trib sceleribꝰ da
masci ⁊ sup quatuor n̄ conuertam
eū : eo qđ triturauerint in plaustꝰ
ferreis galaad. Et mittam ignē in
domū azahel : ⁊ deuorabit edes be
nadab. Et conteram uectem damaſ
ci : ⁊ disperdam habitatorē de cam
po ydoli : ⁊ tenentē sceptrū de domo
uoluptatis : ⁊ transferetur pplꝰ syrie
cyrenen dicit dns. Hec dicit dns ds.
Sup trib sceleribꝰ gaze ⁊ sup quatu
or n̄ conuertā eū : eo qđ transtulerint
captiuitatē pfectam ut concluderent
eā in idumea. Et mittā ignē in mu
rū gaze : ⁊ deuorabit edes eiꝰ. Et dis
perdam habitatores de azoto : ⁊ tenē
tem sceptrū de ascalone. Et conuertam
manū meā sup accaron : ⁊ pibunt re
liquie phylistinoꝝ dicit dns. Hec di
cit dns. Sup trib sceleribꝰ tyri ⁊ sup
quatuor n̄ conuertā eū : eo qđ conclu
serint captiuitatē pfectam in idume
a : ⁊ n̄ sunt recordati federis fratrū.
Et immittā ignē in murū tyri : ⁊ de
uorabit edes eiꝰ. Hec dicit dns. Sup
trib sceleribꝰ edom ⁊ sup quatuor n̄
conuertā eū : eo qđ psecutus sit in
gladio frēm suū. ⁊ uiolauerit miām
eiꝰ : ⁊ tenuerit ultra furorē suum :
⁊ indignationē eiꝰ seruauerit usq; in
finem. Mittā ignē in theman : ⁊ de
uorabit edes bosre. Hec dicit dns.
Sup trib sceleribꝰ filioꝝ ammon ⁊ sup
quatuor n̄ conuertā eū : eo qđ dissecu
erit pregnantes galaad. ad dilatan
dū terminū suū. Et succendam ig
nem in muro rabath. ⁊ deuorabit
edes eiꝰ in ululatu in die belli : ⁊ in
turbine in die cōmotionis. Et ibit
melchon in captiuitatē ipse ⁊ prin
cipes eiꝰ simul : dicit dns. II.
Hec dicit dns. Sup trib scelerꝰ
moab ⁊ sup quatuor n̄ conuer
tam eū : eo qđ incenderit ossa regis
idumee usq; ad cinerem. Et mittam
ignē in moab. ⁊ deuorabit edes cari
oth : ⁊ morietur in sonitu moab ī clan
gore tube. Et disperdam iudicē de me
dio eiꝰ : ⁊ omīs principes eiꝰ interficiam
cū eo dicit dns. Hec dicit dns. Sup
tribꝰ sceleribꝰ iuda ⁊ sup quatuor n̄
conuertā eū : eo qđ abiecerit legem
dni. ⁊ mandata eiꝰ n̄ custodierit. De
ceperunt enī eos ydola sua : post que
abierant patres eoꝝ. Et mittā ignē
in iuda : ⁊ deuorabit edes ierlm. Hec
dicit dns. Sup trib sceleribꝰ isrł ⁊ su
p quatuor n̄ conuertam eū : p eo qđ
uendiderit p argento iustū : ⁊ paupe
rem p calciamentis. Qui conterunt
sup puluerem terre capita paupm :
⁊ uiā humiliū declinant. Et filiꝰ ac
patꝰ eiꝰ ierunt ad puellam ut uiola
rent nomen scm̄ meū : ⁊ sup uestim

tis pigneratis accubuerunt iuxta omne
altare: et uinum dampnatorum bibebant
in domo dei sui. Ego autem extermina
ui amorreum a facie eorum: cuius altitu
do cedrorum: et fortis ipse quasi quercus.
Et contriui fructum eius desuper: et ra
dices eius subter. Ego sum qui ascendere
uos feci de terra egypti et eduxi uos in
deserto quadraginta annis: ut pos
sideretis terram amorrei. Et suscitaui
de filiis uestris in prophetas: et de iuuen
ibus uestris in nazareos. Numquid non
ita est filii israel dicit dominus. Et propina
batis nazareis uinum: et prophetis manda
batis dicentes: ne prophetetis. Ecce e
go stridam super uos: sicut stridit plaus
trum onustum feno. Et peribit fuga a
ueloce: et fortis non obtinebit uirtutem
suam: et robustus non saluabit animam
suam. Et tenens arcum non stabit: et uelox
pedibus suis non saluabitur. Et ascensor e
qui non saluabit animam suam: et robustus
corde inter fortes fugiet nudus in die
illa dicit dominus. III.

Audite uerbum quod locutus est
dominus super uos filii israel: super omni
cognatione quam eduxi de terra egypti dicens.
Tantummodo uos cognoui ex omnibus
nationibus terre: ideo uisitabo super uos
omnes iniquitates uestras. Numquid
ambulabunt duo pariter nisi conuene
rit eis. Numquid rugiet leo in saltu
non habuerit predam. Numquid dabit
catulus leonis uocem de cubili suo
nisi aliquid apprehenderit. Numquid
cadet auis in laqueum terre absque
aucupe. Numquid auferetur laque
us de terra antequam quid ceperit. Si
clanget tuba in ciuitate et populus non
expauescet. Si erit malum in ciuita
te quod dominus non fecerit. Quia non faciet dominus
deus uerbum nisi reuelauerit secretum suum
ad seruos suos prophetas. Leo rugiet:
et quis non timebit. Dominus locutus est. et
quis non prophetabit. Auditum facite in
edibus azoti et in edibus terre egypti. et
dicite. Congregamini super montes sa
marie: et uidete insanias multas
in medio eius. et calumpniam patientes
in penetralibus eius: et nescierunt facere
rectum dicit dominus: thesaurizantes iniqui
tatem et rapinas in edibus suis. Prop
terea hec dicit dominus deus. Tribulabitur
et circuietur terra et detrahetur ex te forti
tudo tua: et diripientur edes tue. Hec
dicit dominus. Quomodo si eruat pastor
de ore leonis duo crura aut extremum
auricule: sic eruentur filii israel qui ha
bitant in samaria in plaga lectuli.
et in damasci grabato. Audite et con
testamini in domo iacob ait dominus deus
exercituum: quia in die cum uisitare
cepero preuaricationes israel super eum. ui
sitabo et super altaria bethel: et ampu

tabuntur cornua altaris & cadent in
terram. Et percutiam domum hiemalem
cum domo estiua. & peribunt domus
eburnee. & dissipabuntur edes multe
dicit dominus. IIII.
Audite uerbum hoc uacce pin
gues que estis in monte sama
rie. que calumpniam facitis egenis.
& confringitis pauperes. que dicitis
dominis uestris afferte & bibemus. Iurauit
dominus deus in sancto suo quia ecce dies
uenient super uos. & leuabunt uos in
contis & reliquias uestras in ollis feruen
tibus. Et per aperturam exibitis altera
contra alteram. & proiciemini in armon
dicit dominus. Uenite ad bethel & impie
agite. & ad galgala & multiplicate
preuaricationem. Et offerte mane uicti
mas uestras. tribus diebus decimas uestras.
Et sacrificate de fermentato laudem.
& uocate uoluntarias oblationes &
annuntiate. Sic enim uoluistis filii is
rahel dicit dominus deus. Unde & ego dedi
uobis stuporem dentium in cunctis ur
bibus uestris. & indigentiam panum in
omnibus locis uestris. & non estis reuersi ad
me dicit dominus. Ego quoque prohibui a uobis
ymbrem. cum adhuc tres menses super
essent usque ad messem. & plui super ci
uitatem unam & super alteram ciuitatem
non plui. Pars una conpluta est. &
pars super quam non plui aruit. Et uenerunt

due & tres ciuitates ad ciuitatem unam
ut biberent aquam & non sunt satiate. &
non redistis ad me dicit dominus. Percussi uos
in uento urente & in aurugine. mul
titudinem ortorum uestrorum & uinearum uestrarum.
oliueta uestra & ficeta uestra comedit e
ruca. & non redistis ad me dicit dominus. Mi
si in uos mortem in uia egypti. percussi
in gladio iuuenes uestros usque ad captiui
tatem equorum uestrorum. & ascendere feci
putredinem castrorum uestrorum in nares uestras.
& non redistis ad me dicit dominus. Subuerti
uos sicut subuertit dominus sodomam & gomor
ram. & facti estis quasi torris raptus de in
cendio. & non redistis ad me dicit dominus.
Quapropter hec faciam tibi israhel. Postquam
autem hec fecero tibi. preparare in occur
sum dei tui israhel. quia ecce formans
montes & creans uentum. & annunti
ans homini eloquium suum. faciens ma
tutinam nebulam & gradiens super excel
sa terre. dominus deus exercituum nomen eius. V
Audite uerbum istud quod ego le
uo super uos planctum. Domus
israhel cecidit. non adiciet ut resurgat.
Uirgo israhel proiecta est in terram suam.
non est qui suscitet eam. quia hec dicit dominus
deus. Urbs de qua egrediebantur mil
le relinquentur in ea centum. & de qua
egrediebantur centum relinquentur in
ea decem in domo israhel. quia hec di
cit dominus domui israhel. Querite me &

uiuetis. et nolite querere bethel et
in galgala nolite intrare. et in bersa
bee non transibitis. quia galgala capti
ua ducetur. et bethel erit inutilis. Que
rite dominum et uiuite. ne forte combu
ratur ut ignis domus ioseph. et deuorabit
et non erit qui extinguat bethel. Qui
conuertitis in absinthium iudicium
et iusticiam in terra relinquitis. facien
tem arcturum et orionem et conuerten
tem in mane tenebras. et diem in
noctem mutantem. Qui uocat aquas ma
ris et effundit eas super faciem terre.
dominus nomen eius. Qui subridet uasti
tatem super robustum. et depopulationem
super potentem affert. Odio habuerunt
in porta corripientem. et loquentem
perfecte abhominati sunt. Ideo circo
pro eo quod diripiebatis pauperem et predam
electam tollebatis ab eo. domos qua
dro lapide edificabitis. et non habitabi
tis in eis. Vineas amantissimas pla
tabitis et non bibetis uinum earum. quia
ego cognoui multa scelera uestra. et for
tia peccata uestra. Hostes iusti accipi
entes munus. et pauperes in porta
deprimentes. Ideo prudens in tem
pore illo tacebit. quia tempus ma
lum est. Querite bonum et non malum
ut uiuatis. et erit dominus deus exercitu
um uobiscum sic dixistis. Odite ma
lum et diligite bonum. et constituite
in porta iudicium. si forte misereatur
dominus deus exercituum reliquiis ioseph.
Propterea hec dicit dominus deus exercituum
dominator. In omnibus plateis planctus.
et in cunctis que foris sunt dicetur ue
ue. Et uocabunt agricolam ad luctum
et ad planctum eos qui sciunt plangere.
et in omnibus uiis erit planctus. quia
pertransibo in medio tui dicit dominus deus.
Ve desiderantibus diem domini. Ad quid
eam uobis. Dies domini ista. tenebre
et non lux. Quomodo si fugiat uir a
facie leonis et occurrat ei ursus. et
ingrediatur domum suam et innitatur ma
nu sua super parietem. et mordeat
eum coluber. Numquid non tenebre
dies domini. et non lux et caligo et non splen
dor in ea. Odi et proieci festiuitates
uestras. et non capiam odorem cetuum uestrorum.
Quod si obtuleritis mihi holocaustoma
ta et munera uestra non suscipiam. et
uota pinguium uestrorum non respiciam. Au
fer a me tumultum carminum tuorum.
et cantica lire tue non audiam. et reuela
bitur quasi aqua iudicium et iusticia qua
si torrens fortis. Numquid hostias
et sacrificium obtulistis mihi in deserto
quadraginta annis domus israel. Et
portastis tabernaculum moloch uestro.
et ymaginem ydolorum uestrorum sidus dei uestri
que fecistis uobis. Et migrare uos fa
ciam transdamascum. dixit dominus deus exer

cituum nomen eius. VI.
Ve qui opulenti estis in syon. et con
fiditis in monte samarie. Opti
mates capita populorum ingredientes pom
patice domui israel. Transite calanne et
uidete. et ite inde in emath magnam.
et descendite in geth palestinorum. et
ad optima queque regna eorum. si lati
or terminus eorum termino uestro est. Qui
separati estis in diem malum. et appro
pinquatis solio iniquitatis. Qui dor
mitis in lectis eburneis. et lasciui
tis in stratis uestris. Qui comeditis
agnum de grege. et uitulos de medio
armenti. qui canitis ad uocem psal
terii. Sicut dauid putauerunt se habe
re uasa cantici. bibentes in phialis
uinum. et optimo ungento delibuti.
et nichil compatiebantur super contritio
ne ioseph. Quapropter nunc migrabunt
in capite transmigrantium. et auferetur
factio lasciuientium. Iurauit dominus deus
in anima sua. dicit dominus deus exercituum.
Detestor ego superbiam iacob. et domos
eius odi. et tradam ciuitatem cum habi
tatoribus suis. Quod si reliqui fuerint de
cem uiri in domo una. ipsi morientur.
Et tollet eum propinquus suus. et com
buret eum ut efferat ossa eius de domo.
et dicet ei qui in penetrabilibus domus
est. Numquid adhuc apud te est.
Et respondebit. Finis est. Et dicet
ei. Tace et non recorderis nominis domini. Quia
ecce dominus mandabit et percutiet domum
maiorem ruinis. et domum minorem scis
sionibus. Numquid currere queunt in
petris equi. aut arari potest in bu
balis. Quoniam conuertistis in amaritu
dinem iudicium. et fructum iustitie in ab
sinthium. qui letamini in nichili et
dicitis. Numquid non in fortitudine
nostra assumpsimus nobis cornua. Ecce
enim suscitabo super uos domus israel dicit
dominus deus exercituum gentem. et conterent
uos ab introitu emath usque ad torren
tem deserti. VII.
Hec ostendit mihi dominus deus. Et ecce fic
tor locuste in principio germi
nantium serotini ymbris. et ecce post
serotinum tonsor gregis. Et factum est
cum consummasset comedere herbam
terre dixi. Domine deus propitius esto obsecro.
Quis suscitabit iacob quia paruulus
est. Misertus est dominus super hoc. non erit
dixit dominus deus. Hec ostendit mihi dominus deus.
Et ecce uocauit iudicium ad ignem dominus deus.
et deuorauit abyssum multam. et co
medit simul partem. Et dixi. Domine deus
quiesce obsecro. Quis suscitabit ia
cob quia paruulus est. Misertus est
dominus super hoc. Sed et istud non erit dixit
dominus deus. Hec ostendit mihi dominus deus. Et ec
ce stans dominus noster urum litum. et in ma
nu eius trulla cementarii. Et dixit dominus

ad me. Quid tu uides amos. Et dixi.
Trullam cementarij. Et dixit dominus.
Ecce ego ponam trullam in medio
populi mei israel. Non adiciam ultra
superinducere eum. & demolientur excel
sa ydoli. Et sanctificationes israel de
solabuntur. & consurgam super domum
ieroboam in gladio. Et misit ama
sias sacerdos bethel ad ieroboam re
gem israel dicens. Rebellauit contra
te amos in medio domus israel. Non
poterit terra sustinere uniuersos ser
mones eius. Hec enim dicit amos. In
gladio morietur ieroboam. & israel cap
tiuus migrabit a terra sua. Et dixit
amasias ad amos. Qui uides. gra
dere & fuge in terram iuda & comede
ibi panem & ibi prophetabis. & in be
thel non adicies ultra ut prophetes. quia
sanctificatio regis est. & domus reg
ni est. Et respondit amos dixit ad a
masiam. Non sum propheta & non sum filius
prophete. sed armentarius ego sum uelli
cans sicomoros. Et tulit me dominus cum
sequerer gregem. & dixit ad me dominus.
Vade propheta ad populum meum israel. Et
nunc audi uerbum domini. Tu dicis. Non
prophetabis super israel. & non stillabis super
domum ydoli. Propter hoc hec dicit dominus.
Vxor tua in ciuitate fornicabitur. &
filij tui & filie tue in gladio cadent.
& humus tua in funiculo metietur.
& tu in terra polluta morieris. et
israel captiuus migrabit de terra sua.
VIII. Hec ostendit michi dominus deus. Et ecce
uncinus pomorum. Et dixit.
Quid tu uides amos. Et dixi. Vn
cinum pomorum. Et dixit dominus ad me.
Venit finis super populum meum israel.
Non adiciam ultra ut pertranseam
eum. Et stridebunt cardines templi.
in die illa dicit dominus deus. Multi morien
tur. in omni loco proicietur silentium.
Audite hoc qui conteritis pauperem
& deficere facitis egenos terre dicentes.
quando transibit messis & uenun
dabimus merces & sabbatum. & aperie
mus frumentum ut imminuamus
mensuram & augeamus siclum. & suppo
namus stateras dolosas. ut possidea
mus in argento pauperes & pauperes pro
calciamentis. & quisquilias fru
menti uendamus. Iurauit dominus
in superbiam iacob. Si oblitus fuero us
que ad finem omnia opera eorum. Numquid
super isto non commouebitur terra. & lugebit
omnis habitator eius. Et ascendet quasi
fluuius uniuersus & eicietur. & deflu
et quasi riuus egypti. Et erit in die
illa dicit dominus. occidet sol meridie. &
tenebrescere faciam terram in die lu
minis. & conuertam festiuitates uestras
in luctum. & omnia cantica uestra in
planctum. & inducam super dorsum

urm saccum . & sup omne cap urm
caluitium . & ponam eā qi luctū
unigeniti . & nouissima ei quasi
diem amarū . Ecce dies ueniunt di
cit dns & mittā famem in trā ñ fa
mem panis neq sitim aque . s;
audiendi uerbum dni . Et commoue
buntr a mari usq ad mare . & ab
aquilone usq ad orientem circui
bunt querentes uerbū dni . & ñ in
uenient . In die illa deficient uirgi
nes pulchre & adolescentes in siti .
qui iurant in delicto samarie &
dicunt . Viuit dns ds tuus dan .
& uiuit uia bersabee . Et cadent
& ñ resurgent ultra . IX.
Vidi dnm stantem sup altare &
dixit . Percute cardinem . & cō
moueant sup liminaria . Auaritia
enī in capite omniū . & nouissimu
eor in gladio interficiam . Non e
rit fuga eis . Fugiet & ñ saluabit ex
eis q fugerit . Si descenderit usq
ad infernū inde manus mea educet
eos . & si ascenderint usq ad celū
inde detraham eos . Et si abscondi
ti fuerint in uertice carmeli . in
de scrutans auferam eos . & si cela
uerint se ab oculis meis in fundo ma
ris . ibi mandabo serpenti & mordeb
eos . Et si abierint in captiuitatē
coram inimicis suis . ibi manda
bo gladio & occidet eos . Et ponā oclōs
meos sup eos in malū & ñ in bonum .
Et dns ds exercituū qui tangit trām &
tabescet . & lugebunt oms habitantes ī
ea . & ascendet sic riuus omnis . & deflu
et sic fluuius egypti . Qui edificat in ce
lo ascensionē suā . & fasciculum suū sup
trām fundauit . qui uocat aquas maris
& effundit eas sup faciē terre . dns nomē
ei . Numquid ñ ut filij ethyopū uos
estis m̄ filij isrl ait dns ds . Numquid ñ
isrl ascendere feci de terra egypti . & pales
tinos de cappadocia & syros de cyrene .
Ecce oculi dni dei sup regnū peccans . et
conteram illud a facie terre . Veruntamen
conterens ñ conteram domū iacob dic dns .
Ecce enī ego mandabo & concutiā in omnib;
gentib domū isrl sic concutit tritici in cribro .
& ñ cadet lapillus sup trām . In gladio
morient oms peccatores ppli mei . qui di
cunt ñ appropinquabit & ñ ueniet sup
nos malū . In die illa suscitabo taberna
culum dauid qđ cecidit . & reedificabo ap
turas murorū ei . & ea que corruerant in
staurabo . & reedificabo illud sic in diebus
antiquis . ut possideant reliquias ydu
mee & oms nationes . eo qđ inuocatū sit no
men meū sup eos dicit dns faciens hec . Ec
ce dies ueniunt dic dns & comprehendet
arator messorē . & calcator uue mittentē
semē . Et stillabunt oms montes dulcedinē .
& oms colles culti erunt . Et conuertam

captivitatem populi mei israel et aedifica-
bunt civitates desertas et habitabunt
et plantabunt vineas et bibent vinum
earum et facient ortos et comedent fruc-
tus eorum et plantabo eos super humum su-
am et non evellam eos ultra de terra sua
quam dedi eis dicit dominus deus tuus. Incipit
prologus in abdiam prophetam.

Iacob patriarcha fratrem habuit esau qui
ob ruborem corporis sui edom hebrea lin-
gua appellatur est quod latine sanguineus
dicitur. Is memoratum fratrem suum quia israel no-
men acceperat gravi odio commotus interimere
conatus est. Qua de causa omnes qui populum
israel hoc est filios patriarche iacob predic-
ti esau odium imitati persecuti sunt edom
appellati sunt. Et quia populus israel de capti-
vitate chaldeorum per cyrum regem persarum nu-
tu dei revocatus in ierusalem ab alio regno gra-
vius afflictus atque oppressus est ideo hoc
regnum quod more esau predictum populum perse-
cutus est per denuntiationem abdie prophete in-
crepatur quod non dei indignatione sed sua vir-
tute populum superatum gloriabatur. De quo regno
olim per david in psalmo centesimo tri-
cesimo sexto dictum est. Memorare domine fi-
liorum edom in die ierusalem. Nam reliqua
lectione comprehensa futurum in gentes
iudicium ob causas lectione comprehensas reg-
num dei in populo israel significant. Hebrei
hunc esse dicunt qui sub rege samarie achab
et impiissima iezabel pavit centum prophetas
in speluncis qui non curvaverunt genu
baal et de septem milibus erant quos
helyas arguitur ignorasse. Sepulcrumque
eius usque hodie cum mausoleo helisei pro-
phete et baptiste iohannis in sebaste
veneratione habetur que olim samari-
a dicebatur. Hanc herodes rex antipa-
tris filius in honore augusti cesaris gre-
co nomine vocavit augustam. Hic ergo qui
centum prophetas servaverat accepit gratiam
prophetalem et de duce exercitus fit dux
ecclesie. Tunc in samaria parvum gregem
paverat nunc in toto orbe christi pascit
ecclesias. Sic stephanus coronam me-
ruit passionis. Sic hic servitutis dei
cum paulo apostolo nomine gloriatur quia
abdias servus domini in nostro sonat
eloquio. Explicit prologus.

Incipit abdias propheta.

Visio abdie. Hec
dicit dominus deus ad
edom. Auditum
audivimus a domino
et legatum ad
gentes misit. Surgite et consurgamus
adversus eum in prelium. Ecce parvulum
dedi te in gentibus contemptibilis tu
es valde. Superbia cordis tui extulit
habitantem
te in scissuris petrarum exaltantem soli-
um tuum qui dicis in corde tuo. Quis
detrahet me in terram. Si exaltatus
fueris ut aquila et si inter sydera